**1087*** in tintinnabulo ferreo formae quadratae. Tridini [= Trino] apud canonicum Ioh. Andr. Iricum MUR. Vercellis in nosocomio maiore BRUZZA.

| *in una parte:* | *in altera:* | *in tertia:* | *in quarta:* |
|---|---|---|---|
| TIN | MAGNO | *patera* | *lucerna* |
| TINA | SACER | *aspergillus* | *culter* |
| BVLVM | DOTI | *capeduncula* | *lituus* |

Mur. 1989, 6 a Phil. Argelato acceptam ed. ligno incisam; Bruzza Vercell. p. XIX qui vidit falsam iudicavit.

**1088*** in lucerna aenea [Venetiis in museo Nanio]:

❦ c i c | i o m s ❦

Paciaudi mon. Pelop. 1, 217 aere expressit; Driuzzo catal. n. 335.

Lucerna haec aenea tam frequens redit (v. I. R. N. 6305, 11; Mur. 4, 5 al.), ut propter id ipsum suspecta fiat, sive ipsa ficta est sive fraude multiplicata.

**1089*** in galea rep. Susae, destinata museo Taurinensi FALC. In eo museo non extat.

| *ab una parte:* | *ab altera:* |
|---|---|
| MVCIO | CVRCIO |

Falconieri ms.

Nomina Mucii et Curtii ita iuncta suspicionem movent.

**1090*** in duobus tubis aereis Iulii Carnici rep.

EX · F · CN · RF

Asquini *Forogiulio* p. 6 ex schedis ut ait Cortenovis.

**1091*** urna aerea rep. a. 1566 Locarni WAGNER.

lentulus

Wagner Mercur. Helvet. ed. 2 p. 105. Inde Orelli 472; ego in inscr. Helvet. 343, 5, ubi dixi ignorare me Wagneri auctorem, nec constare mihi de fide.

# AVCTARIVM.

## I. POLA (p. 3*).

ad n. 1*. Primum prodiit in libello, quem nuper repperi Veronae in bibliotheca municipali: 'Valerii Probi grammatici de interpretandis Romanorum litteris feliciter incipit. Impressum Romae per Iac. Mazochium ..... 1509 die 25 Aprilis' f. D 3. Praescriptum est: 'epitaphium scitu (sic) Polensis parasiti historisque festivisimi aput Salonam urbem Dalmatiae in lapide mirae magnitudinis'.

ad n 6*. Habet item Pingonius cod. Taur. f. 221' addens in fine D·P·D·D·M, praescribens autem haec: 'horum omnium copiam mihi fecit 'F. Desiderius Lignamineus Patavinus, qui loca lustravit'. Dixi de hoc auctore vol. III ad n. 22*.

**1092*** inter Polenses.

CLODIA M·L·SECVNDA·
O·QVANTA PIETAS FVERAT IN HAC
ADOLESCENTIA FIDES·FIDES·AMOR·SENSVS·
PVDOR·ET SANCTITAS NOLI DOLERE
AMICA EVENTV MEV PROPTER
HOC DEDIT·FRATRI MIHI·

Valvasonius f. 83'.

## II*a*. NEAPOLIS HISTRIAE.

**1093** Titulum MONTONA | RVS, quem Kandler etiam in libro de Montona p. 34 proponit tamquam Montonensem adeoque ad ipsum Montonae vocabulum refert petitum esse ex Neostadiensi vol. III n. 4552 ad formam, qua is editur apud Apianum, etsi iam observavi ad n. 380, denuo moneo hoc loco, ne fallat.

## IV. AQVILEIA (p. 6*).

ad n. 39*. Genuina; vide n. 8270.

ad n. 40*. Gregoruttius p. XVI Anonymum a. 1788 quem dico ipsum Asquinium esse ait se comperisse; unde confirmatur de hoc titulo a me mota suspicio. Gregoruttius nihilominus putat titulum defendi posse.

**1094*** *ritrovato in un campo appresso Bilignа; hora in casa di m. Asc*° *Strasoldo* VALVAS.

ermilia cur tam mesta cur ploras | quia dum uixi formosa et pulchra | eram nunc mortua nisi puluis et umbra | g. erbonius et mesia parentes | cum gemitu pos

Valvasonius Aquilei. n. 7 postea adscripsit.

**1095*** *in un bosco sotto Aquileia verso il mare* 1564. VALVAS.

paulus coruinus claud. coruini f. uir fortis | et uirtute preclarus quintae leg. præf. qui dum cum | exercitu suo aquileiam pergeret non longe | in itinere ex inopinato mortuus est | milites mæsti lugentes pos

Vasvason Aquileiens. n. 2. postea adscripsit.

**1096*** Butrii apud Toppios.

Annea Helpis Locum | Dedit Mater Infelix

Majonica descripsit. Toppo *scavi* 1869 in tabula secunda; Gregorutti n. 98.

Quod singulorum vocabulorum prima quaeque littera eminet, suspicionem fraudis inicit.

**1097** Titulos origine Celeianos III, 5214. 5229 adservatos hodie Tergeste Gregoruttius n. 60. 65 errore rettulit inter Aquileienses.